Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

et p(at)rem tales querit qui adorent eum. Et si enim olim
volebat eos vetibus immorari: concessit eis
figuram. Hoc tamen fecit eis condescendens ut
per hoc ad veritatem inducantur. Orig(enes). Sicut
pater querit: per ipsum querit. qui venit querere
et salvare quod perierat. Quos erudiens ve-
ros cultores efficiat. Quod autem subditur.
Spiritus est deus: inde abstractum esse suspicor:
quia ad vitam veram nos perducat. Nam et
corporalem vitam vivificamur a spiritu. Crisostomus.
Vel indicat quod deus incorporeus est. oportet
ergo et incorporeum cultum eius esse. hoc est
per animam et intellectus puritatem nos ei of-
ferre. Unde subditur. Et eos qui adorant
eum in spiritu et veritate oportet adorare. Quia
enim iudei animam quidem negligebant: mul-
tum autem circa corporis studium faciebant:
ad [illegible] purgantes: ideo ait. quia
non corporis mundatione: sed in corporeo
quod est in nobis hoc est intellectu quod dicit spiritum.
deus incorporeus colitur. Hylarius. Vel autem
in spiritu deum spiritum docuit adorandum. et liber-
tatem ac scientiam adorantium. et adorandi
infinitatem ostendit. secundum illud apostoli. Ubi spiritus
domini ibi libertas. Crisostomus. In veritate
autem oportet adorare: quia priora figura
erant. scilicet circumcisio holocausta et thimi-
amata. Nunc autem totum est veritas. Theophilus.
Vel quia multi putant se deum secundum spiritum
id est animam adorare: non rectam de eo opinio-
nem habentes ut heretici propter hoc addidit. et veri-
tate. Forte etiam diceret aliquis quod duas partes
philosophie que secundum nos sunt: insinuat in predictis.
actionem scilicet et contemplationem. per spiritum namque
activam insinuat. secundum illud apostoli. Qui spiritu
dei aguntur et cetera. per veritatem vero contemplativam.
Vel aliter. Samaritanorum erat opinio. quod determinato
loco concluderetur. et quod in hoc loco deum adorari
oporteret. contra quos dicit quod veri adoratores
non localiter sed spiritualiter adorant. Iudeis vero omnia
sub figura et umbra erant. Et ideo dicit quod ve-
ri adoratores non in figura adorabunt. sed in

.ii. cor. iii.

veritate. Quia enim deus spiritus est: spirituales
adoratores querit: quia non veritas: veros.
Aug(ustinus). Querebas montem: forte adorandum.
ut deo esses propinquior. sed christus qui in altis habi- Psal. 112
tat: humilibus appropinquat. Ergo descende ut
ascendas. Ascensiones inquit in corde eius Psalo. 83
in convalle ploracionis. que humilitatem
habet. In templo vis orare: in te ora. sed
sed prius esto templum dei. Crisostomus.

Dicit ei mulier: Scio quia messias venit qui dicitur christus. Cum ergo venerit ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei ihesus. Ego sum qui loquor tecum.

Mulier eorum que dicta
sunt altitudine
fatigata: obstupuit.
Unde sequitur. Dicit ei
mulier. Scio quia mes-
sias venit qui dicitur
christus. Aug(ustinus). Unctus gre-
ce christus est. hebraice in
messias est. Samaritani ergo
quis eam posset doce-
re: sed iam docentem non-
dum agnoscebat.
Unde subdit. Cum ergo
venerit ille nobis
annuntiabit omnia. Quasi
dicat modo iudei de tem-
plo contendunt: nos
de monte. Cum ille
venerit et montem
spernet. et templum
evertet. et docebit
nos ut in spiritu et ve-
ritate noverimus
adorare. Crisostomus.
Sed unde samaritani
expectare christi adventum?
Moysi quidem susci-
pientes legem. ab ipsis moysi litteris hoc
noverant. Iacob enim de christo prophetans dixit:
Non deficiet princeps de iuda neque dux de
femore eius: donec veniat qui mit-
tendus est. Sed et moyses dicit. prophetam
suscitabit vobis deus de fratribus vestris.